



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

De motiuis contritionis, & mysteriis Dominicæ passionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)



SECUNDA PARS

MEDITATIO.
N V M.

A DOMINICA SEPTVAGESIMA, VSQUE AD PASCHA.

De motuis Contritionis, & mysterijs Dominicae passionis.



Vm Sancta Mater Ecclesia, à Septuagesima usque ad Pascha, cantica lætitiae suspendens, filios suos ad luctum, & penitentiam de commissis toto anno,

vel vita, quæ ultra septuaginta annos vix durat, agendam, atque ad Dominicam passionem pie recolendam induitet, consultum erit hoc lugubri tem- pore eas assumere meditationes, quibus ad utrumque impigre præstandum

I 7

exsti-

Chri-
niram
ando,
trans-
ximos
os co-
deuno-
is ani-

aniam,
modus
. p. In-
tur pro-
aliqua
bure;

na

SE.

exstimumemur. Cuiusmodi sunt sequentes de varijs motiuis contritionis, a Septuagesima usque ad Quinquagesimam, indeque usque ad Pascha, de mysterijs Dominicæ passionis in hac Secunda parte assignatae, quarum, ut & precedentium, multæ prolixiores, nonnullæ breuiores, omnes piorum discursuum & affectuum feraces.

Dominica Septuagesima.

Heb-
dom 70. **I. Medi-**
tatio. **De operariis conductis.** Matth. 20. I. **S**vpremus Paterfamilias, conditor omnium Deus, qui regit omnes, quos condidit in toto mundo, sicut subiectos Dominus in domo, ad omnes & singulos, maximè Electos, peculiari prouidentiâ attendendo, instar patrisfamilias diuersis diei horis conduceat operarios ad excolendam vineam, ut ab initio mundi conditi diuersis eiusdem ætatibus vocavit operarios ad vineam Ecclesiæ suæ plantandam & propagandam, ad suam proximorumque salutem promouendam, quosdam mane, iuxta D. Greg primæ mundi ætate, ab Adam, usque ad Noe: in Euang. alios horâ tertia i. secunda mundi ætate, à Noe usque ad Abraham: alios ho-

Hom. 19. mundi ætate, ab Adam, usque ad Noe: in Euang. alios horâ tertia i. secunda mundi ætate, à Noe usque ad Abraham: alios ho-